Cracoviae Venceslai Romanorum et Bohemiae Regis ad conficiendum Fedus cum Vladislao Rege Poloniae missi testantur se hoc ipsum Fedus confecisse, conditionibus in eo expressis Datum Cracoviae ipso Die Corporis Christi Anno 1395 Ex Originali. Sigill. 2.

224.

Joannes Dei Gratiâ Episcopus Lubucensis, et Vilhelmus Hase Praepositus Boleslaviensis, Ambasiatores, Procuratores, Negotiorum Gestores, et Statores per Serenissimum Principem et Dominum, Dominum Venceslaum Dei Gratiâ Romanorum Regem, semper Augustum, et Bohemiae Regem, Dominum nostrum gratiosissimum, specialiter ad infrascripta deputati et transmissi, Cunctorum quibus expedit notitiae commendamus, quod dum inter praefatum Dominum Venceslaum Regem, ac gloriosissimum Principem Dominum Vladislaum eadem gratiâ Regem Poloniae &c materia super ordinandis, et confirmandis commodis, et foederibus bonae pacis extitit agitata, praefatus Dominus Venceslaus Rex, aspirans promptis affectibus ad consumationem hujusmodi pacis Federum. Nos in solidum in suos veros Procuratores, suorum Negotiorum Gestores, et Nuntios fecit, constituit et ordinavit de sua certa scientia, maturo super hoc consilio praehabito, et tractatu. Nos itaq tanquam Ambasiatores, Gestores, et Nuntij specialiter venientes ad praesentiam praefati Domini Regis Poloniae virtute et Nomine Procuratorio fecimus, et ordinavimus pro parte praefati Domini Regis Romanorum, et

Bohemiae

Bohemie Regis, cum eodem Domino rege solo
nia pacem, fœdera mutue colligationis et amicitie,
que clarius in Literis predictorum Regum inter
eosdem altenutrum super hujusmodi Contractibus
et Ordinationibus pacis, fœderibus confectis, et huius
lentius sunt expressa: promittentes bona fide sine
dolo, pro prefato Domino nro Rege Romanorum,
et Bohemie Rege, quod omnia et singula con-
tenta in literis predictis, et expressa, tenebit et
observabit inviolabiliter, et sine qualicunque
corruptela In quorum testimonium omnium pre-
missorum, Sigilla Nostra presentibus sunt ap-
pensa. Datum Cracovie ipso Die Corporis Christi
Anno Millesimo Trecentesimo Nonagesimo Quinto.